Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35054
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

xl.

Sed oppositum inuenimus et contrarium quod non credebamus nec
aliqua potuimus imaginatione concipere cum preterito
tempore omnibus vestris et aliis quibuscumque tutus semper
prestaretur incessus. Recepistis enim de anno preterito et
mense .. venerabilem virum fratrem .. de .. que ad curiam Romanam
mittebamus pro certis nostri Comunis negotiis arduis per
agendis et litteras nostras Saluiconductus habentem
et eundem usque in diem presentem retentum tenuistis
sublatis sibi rebus equis et pannis et ducentis ducatis
homini cuiusdam nostrorum videlicet .. de .. et .. de .. decanus fratris .. captura
ualde in certis condolemus tum ob ignominiam factam
nostro Comuni quod a quibuscumque dominis orbis magna uene
ratione dignatur tum propter uos quem in amicum habemus
preclarissimum et specialem. Ne autem ciues nostri prefati et
dictus frater aliquod dampnum aliquod patiantur nobilitatem
vestram ab intimis deprecamur quatenus prefatas pecunias
dictorum ciuium nostrorum eidem fratri .. et res sibi subtractas
uelitis integraliter assignare ut uideamus ab effectibus
uos in nostra Comunis amicitia uelle manere alias singulare
enim remedium exquirere nobis et vestris tediosum
atque molestum. Reputabamus enim Ciues nostros penes
uos actu aliquam sentire recommendationis non egere
quoniam cum vestris unum et idem esse censemus et certa
tores maiore sub actionibus quorum gratia hucusque omne
necessarium comodum exhibetur. Debent enim ut satis
in fauorabili consecutione iustitie esse cuiuscumque respectibus
ectibus potiores cum generaliter omnibus sit ministranda etc.

Clviiij Magnifice et potens domine mi habitis his uestris literis prefatis
.. de .. illico me contuli ad presentiam dominorum Anzianorum
qui prompti ad omnia dominationis vestre placita semper
desideriis vestre dominationis in omnibus libere placuerit prout
per eorum directione literarum euidenter poterit intueri
dominatione vestram cui me recommendo feliciter et ac
crescat summi misericordia regis. Datum

·Clx· Magnifice et potens frater carissime iuxta vestrarum continentiam
literarum in facto .. de .. ad omnia et singula placita vestra
dispositi libera et leta fronte vestre fronte placemus Scribi
mus quod .. de .. ut dictum .. penes Ugolinum de .. non obstan
aliquo mandato sibi facto dimittere debeat nec eu
dem ab obsequiis vestris presumat sine vestre dominationis ass
ensu quomodolibet reuocare. Datum etc. ..